

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exegesis

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126164)

So essen wir und leben wol
 In rechten Oster-Fladen /
 Der alte Sauert. ig nicht sol
 Seyn bey dem Wort der Gnaden.
 Christus wil selbst die Speise seyn /
 Und speisen unsre Seel' allein /
 Der Glaub wil keins andern leben.

In Vet. Test. Judæos agno Paschali irrationali contentos esse oportuit, habebant enim tantum unbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, Hebr. c. 10. v. 1. Sed nunc Dominus novum creavit super terram, Jer. 31. v. 22. Vetera transierunt, tempus correctionis advenit, Hebr. c. 9. v. 10. Habemus jam aliud pascha, quod est Christus, pro nobis immolatus, itaque festa celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis. 1. Cor. 5. v. 7. 8.

Pluribus nos instruet præsens Evangelium, ubi audiemus, quomodo Angeli resurrectionem Christi mulierculis annunciant, quæ venerant corpus Christi uncturæ. Surrexit ajunt, non est hic. Hæc bona illa nova sunt, quæ adhuc hodie animos nostros gaudio perfundunt. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Rom. 15. v. 4.

Nunc ad ipsam Evangelii tractationem nos conferemus, meditaturo:

I. Ἀγγελῶν προφητείας sive *notitiam nostri.*

II. Χριστοῦ ἰστορίας sive *notitiam Christi.*

J. J.

Exegesis.

Cum David adhuc adolescens, immannem Philistæum Goliathum percussisset,

egressæ sunt mulieres, de universis urbibus Israël, in occursum ejus, cantantes, chorosque ducentes, & dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. 1. Sam. 18. v. 6.

Nos sufficientiorem causam habemus, ut Christo obviam procedamus hodiè, postquam infernalem Goliathum superavit, & omnes hostes nostros profligavit, latissimum illud *Amicior* cum jubilo personantes: Ubi est mors stimulus tuus? ubi tua, inferne, victoria? 1. Cor. 15. v. 55.

Devotæ mulieres præclarum nobis reliquerunt exemplum, dum valdè manè peregrinationem ad sepulchrum susceperunt, sed Christum non invenerunt, quia jam resurrexerat, ut Evangelium testatur.

Interea nos *notitiam nostri* discere possumus, si excusserimus,

I. *Devotionis exemplum.* Valdè enim manè ante exortum Solem surgunt, & iter ad sepulchrum faciunt.

Apostoli Christum in horto Oliveti turpiter reliquerant, nec metu Judæorum prodire audebant, ut, an Christus ex mortuis resurrexerit, explorassent, sicut ipsi prædixerat.

Sed mulierculæ hæc animo profus virili, primo diluculo exeunt, cum devotione piâ: quamvis in hoc infirmiores sint, quod corpus Christi, in sepulchro se inventuras, idemque more Judæis usitato ungendum, opinentur, eum tamen jamdudum surrexerat, juxta promissionem suam.

Hic sciscitare te, mi Christiane, utrum & ipse in honorem triumphantis nostri Victoris, ad exemplum harum muliercularum, officium tuum paschale sedulo observaveris?

Nil.

Mulieres haec devotionem suam indicant,

1. *Mane surgendo.* Sic etiam nostrum erit, Dominum mane querere, & pia mentis devotione revolvere, quid nobis resurrectione sua acquisiverit. Scimus enim, quod nostri causa semel mortuus est, quod autem vivit, vivit Deo. Rom. 6. v. 10. & habet claves mortis & inferni, Apoc. c. 1. v. 18. Ideoque canere possumus cum Ecclesia:

Membrum in Tuo sum corpore,

Sustenter hoc honore:

Nos non valet sejungere,

Horrenda mors dolore:

Si mors rapit, rapit tibi,

Est vita parta nam mihi,

Perpes tuo cruore.

Ich bin ein Glied an deinem Leib/
Des tröst ich mich von Herben/
Von dir ich ungescheiden bleib/
In Todesnoth und Schmerzen.
Wann ich gleich sterb / so sterb ich dir /
Ein ewigs Leben hast du mir /
Mit deinem Tod erworben.

2. *Ad sepulchrum proficiscendo.* Idem & nos faciamus, non more Papiistico, sed vere Christiano, convenientes in domo Domini, & beneficia Christi, per resurrectionem nobis parta, perpendentes. Omnia enim in commodum nostrum facta sunt, ego vivo, & vos vivetis. Joh. c. 14. v. 20.

3. *Corpus Dominicum unguendo,* sic consuetudinis erat apud Judæos, ut videmus Gen. 50. v. 1. Nos quoque nostros honestè sepeliemus, juxta admonitionem Siracidis, cap 38. v. 16. Imprimis verò Christum in membris suis unguere debemus, quod fiet, si de opibus nostris ad conservationem Ecclesie, Scholarum, & pauperum

sustentationem, liberaliter erogaverimus, hoc enim Christus sibi factum agnosceret, & largiter compensabit. Matth. 10. v. ult.

II. *Incidens obstaculum.* Dum enim in viâ sunt, & ad sepulchrum pergunt, Josephum ab Arimathia, lapidem ad ostium monumenti advolvissè, recordantur, cui revolvendo impares se agnoscebant, erat enim magnus valdè. Imò licet id moliri voluissent, non tamen ipsis licuisset, ob sigillum cum consensu Pilati impressum.

Hic disquire, mi Christiane! annon & tibi interdum lapis aliquis obstaculo sit, què in devotione tua impediatis?

Hoc non uno modo accidit.

Peccatum enim in mundum nobiscum afferimus, in quo concipimur & nascimur, Psalm. 51. v. 7. hoc grande saxum est quod semper ad terram deprimit nos, ut corda nostra minus ad Deum elevare queamus. Grave est saxum, & onerosa arena, Prov. c. 27. v. 3. sed peccatum gravius adhuc est, superat enim arenam maris. Orat. Manass. v. 9.

Sicuti igitur avicula, cujus pedi lapis alligatus est, minus in altum se attollere valet: Sic peccatum nobis obstat, ut debitam Deo devotionem præstare non valeamus, propterea admonet nos: Esa 1. v. 15.

Accedunt multa scandala, quæ in mundo occurrunt, quibus multi pii Christiani seducuntur, ut & ipsi concurrant in eandem luxurie dissolutionem, 1. Petr. 4. v. 4. de què aliàs nihil scivissent. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, Sap. cap. 4. vers. 12. ideo in Scriptura prava exempla vocantur lapis offensionis & petra scandali, 1. Petr. 2. v. 8.

Tertio quoque a devotione abstrahuntur per

cacam rationem, quæ divinis mysteriis fele attemperare nescit, femper vacillans, nec sapiens ea, quæ Dei sunt, fed ea, quæ hominum. Matth. 16. v. 23.

Quod si peccatorum moles te premit, & animum angit, quæ Cainum ad desperationem. Gen. 4. v. 13. Saulem ad internecionem, 1. Sam. 31. v. 5. Judam ad suspendium adegit, Matth. 27. v. 5. Ut dicere possis: *Quis revolvat nobis lapidem?* Christum accede, qui donavit nobis omnia delicta, & delevit chirographum. Col. 2. v. 14.

Quod si lex maledictione suâ terret, Deut. c. 27. v. ult. Ut præ sollicitudine queraris: *Quis revolvat nobis lapidem?* Christus iterum juvare potest, qui redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictum, Gal. 3. v. 13.

Quod si mors arcum tendit, è regione viventium nos ablatura, ut ad pacem amara, sicut Hiskia, Esa. 38. v. 17. iterumque cogitemus: *Quis revolvat nobis lapidem?* Ecce! Christum, primitiæ factum dormientium, ut in eo omnes vivificemur. 1. Cor. 15. v. 22. Die novissimo aperiet tumulos nostros, & educet nos populum suum, de sepulchris nostris. Ezech. 37. v. 12.

Quod si hæc & similes cogitationes devotionem nostram impedire volunt, pias hæc mulierculas in memoriam nobis revocemus, quas Deus in maximâ sollicitudine suâ exhilaravit: respicientes enim, viderunt revolutum lapidem. Sic Deus fideles suos non patietur tentari supra id, quod possunt, 1. Cor. 10. v. 11. sed molestum illum lapidem, qui animum excruciat, revolvat, ut respirare & requiem animarum invenire possint, Matth. 11. v. 29. quoniam ira momentum in indignatione ejus, Psalm. 30. v. 6. at non defecerunt

miserationes ejus, Thren. 3. v. 22. sed misericordia ejus super omnem carnem. Sir. c. 18. v. 12. & usque in æternum, super timentes eum. Psalm. 103. v. 17. Quare devolve super Dominum, viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Psalm. 37. v. 5.

III. *Angelicum nuncium.* Quia enim perterritas ipsas videbat Angelus, blandè ipsas compellat, & concionem suam paschalem hisce orditur verbis: Nolite timere. q. d. forsan persuadetis vobis, quod vos horto expulsurus sim, sicut Cherubin Adamum & Evam è Paradiso: sed estote bono animo, bonus enim vobis adsum nuncius, & afferro bona nova, quod Christus è sepulchro resurrexerit.

Hic examines velim te, utrum & ipse solatium hoc paschale cum gaudio, ut decet, exceperis?

Hoc ita fieri, rectum est. Nisi enim Christus resurrexisset, adhuc essemus in peccatis nostris, inanis esset fides nostra, & qui in Christo dormierunt, periissent. 1. Cor. 15. v. 17. 18. At Christus resurrexit, id eoque & nos resurgere, convenit. Sicut Adam typus erat morientium: sic Christus typus est resurgentium. Per Adamum mors intravit, Christus vitam reparavit. *Resurrectio ejus est spei nostra fundamentum, tumulorum nostrorum clavis, hæreditatis nostra pignus.* Scimus enim, quod qui suscitavit Jesum, & nos per Jesum suscitaturus sit. 2. Cor. 4. v. 14.

Quis igitur animum præ lætitia non efferre, & cum Ecclesiâ dicere vellet?

Hoc fulcior solamine, *Hoc me solat pascidum*
Molestâ in ægitudine, *in pascidum*
Certus, die quod ultimo, *Quod dicitur nobis*
Cum gaudio, *Cum gaudio*
Sim suscitandus ex humo. *Ex humo suscitandus*

Re- *hinc*

Hic dicitur
est cupulos
Ne horum
Ne
Ne magis
Supremum
Videbo
In vobis
See
Civitas

Rerum parentis dextera,
 Retundet mortis spicula,
 Servabit ossa corporis,
 Ut singulis
 Convestiar membranulis.
 Bonum Deum cum júbilo,
 Videbo nullus ambigo,
 In sempiternâ gloriâ,
 Quæ mi data,
 Sit Laus ei per secula.

optimus epulentur, ut dives epulo, Luc. 16. v. 25. Tu
meis *optis* gaude, quod Redemptor tuus vivit, qui te a-
quide *id est* liquando de terrâ suscitabit, Job. 19. v. 25.
nimirum Gaude, quod iniquitatem tuam expiaverit,
erit *id est* & adduxerit justitiam sempiternam, Dan.
Est *id est* v. 24. Gaude, quod mortem absorpserit in
hunc *id est* victoriam, Esa. 25. v. 8. Gaude, quod conclu-
data *id est* am cœli portam recluserit, notamq; tibi fe-
id est *id est* cerit viam vitæ, Psal. 16. v. ult. Jam sonat vox
id est *id est* exultationis & salutis in tabernaculis justo-
 rum. Psal. 118. v. 15. Rom. 8. v. 32.

Das ist mein Trost zu aller Zeit!
 In allem Creuß und Traurigkeit.
 Ich weiß, daß ich am Jüngsten Tag/
 Ohn alle Klag.
 Wird auferstehn auß meinem Grab.
 Mein lieber frommer getreuer Gott
 All mein Gebein bewahren thut!
 Da wird nicht eins vom Leibe mein/
 Sey groß oder klein
 Umbkommen noch verlohren seyn.
 Mein lieben Gott von Angesicht!
 Wird ich anschau/ dran zweiffel ich nicht!
 In ewger Freud und Seligkeit/
 Die mir bereit/
 Ihm sey Lob/Preiß in Ewigkeit.

Quando itaque hodiè Deûs, missis An-
 gelis suis, ut ecclesiæ ministri vocantur, hoc
 solatium nobis prædicare sinit, cor nostrû
 gaudio exultare debet, non modò memo-
 res, Dominum Jesum Christum resurre-
 xisse à mortuis, 2. Tim. 2. v. 8. sed & firmi-
 ter credentes, nos quoq; suo tempore per
 virtutem ejus resurrecturos esse, juxta pro-
 missionem: Ego vivo, & vos vivetis, Joh.
 14. v. 19.

Homines mundanè tententur, quod fru-
 mentum & mustum eorum multiplicata
 sint, ut homo ille dives, Luc. 12. v. 17. sive,
 quod in summo honore versentur, ut Ha-
 man, Esth. 5. v. 11. sive, quotidie splendide

Alterâ Pars.

TRansibimus nunc ad alteram partem,
χρησόμενα, sive *notitiam Christi* con-
 templaturi. Is nobis proponitur in Ev-
 angelio hoc:

I. *Tanquam sexus faminei commenda-
 tor.* Quænam peregrinantes hæ fuerunt,
 quæ Christum festo Paschatos in sepulchro
 quæsierunt? Fuerunt piæ matronæ & mu-
 lieres, nimirum, Maria Magdalena, Maria
 Jacobi, & Salome. Lucas mentionem quo-
 que facit Johannæ, uxoris Chusæ, procura-
 toris Herodis, Luc. 8. v. 3. dicitq; quod aliæ
 cum eis fuerint, Luc. 24. v. 10.

De his prædicatur in hodiernum usque
 diem in toto orbe Christiano, in omnium
 piarum matronarum honorem, ut sola-
 tium inde habeant, & certi esse possint, si
 Deum timent, & Christum quærunt, non
 quidem in sepulchro, sed ad dextram Dei
 Patris, fidei & submissâ precatone, non si-
 bi damno fore, quod infirmius vasculum
 sint, 1. Petr. 3. v. 7. Dei enim virtus in infir-
 mitate perficietur, 2. Cor. 12. v. 9. & sæpè
 plus per eas efficit, quàm per viros, qui in
 arte, robore & sapientiâ suâ confidunt, Ps.
 147. v. 10. II.